1600. d. 15. Julii.

Copia Literarum Rudolphi II. Romanor. Imperatoris ad Sigismundu III. Rem Pol. et Sveciæ Scriptarum.

56

Rudolphus II. Divina favente Clementia Electus Rom: Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Rex, Archidux, Austriæ, Dux Burgondiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, et Virtembergæ, Comes Tirolis. Ser: Principi Dno Sigismundo III. Regi Poll: et Sveciæ M. D. Ldd. ect cognoto, affini, et vicino nostro charissimo Salutem ac mutuā benevolentiam.

Serenissime Princeps Cognate affinis et vicine charissime! Intelligimus haud obscuris indiciis haud vulgaribus nunciis Srā Vram nō solū de nobis suspicari, qd forte levius ferendū erat, sed etiam cū nō infimi ordinis Principibus apertè conqueri tanquā Valachiæ Vaivoda Michaël in Moldaviam arma nostro jussu et auxilio intulerit; qd cū silentio dissimulari neque animi nri qua in actionibg omnibus utimur integritas, neque ea, quæ inter nos e variis nixa vinculis, necessitudo

patiat,

patiat, nobis omnino faciendū duximus, ut eam ex animo Ser: tuæ opinionē eximamus. Ad qd opportunæ imprimis Michaëlis ipsius literæ ad nos Moldavia scripta, quar exemplū cū his ꝯjungimus. Facile siquidem inde num qd ejusmodi ꝯsenserimus, et quæ Michaëlem ipsum causæ moverint, liquebit, qd ante hac Ser: Vræ per legatos ad nos missos responderimus, quid literis professi fuerimus, ipsa meminit. Ut re ipsa id præstaremus, nobis ꝓ perpetua nra in amicitiæ juribus sincere observandis constantia, adeoq ꝓ more et verbo nro Cæsareo usq adeo curæ fuit, ut filianū nrm Doctorem Pezzium, ꝑ quem nuper auxilia Michaëli ꝯtra Turcas duobq ante Annis promissa mittebamus, simul atq de Moldavica expeditione certiores facti fuimus, minime ꝓgredi, sed in Hungariæ finibus subsistere voluerimus. Ut vero sinistra nos suspitio, nulla veritate, sed aut levibq rumusculis, aut malevolorū commentis nixa, calumniæ implicet, id ut ea, qm a præpotente DEO optinemus dignitate indignum, sic esse debeat,

debeat a necessitudine nostra mutua planè alienũ.
Inquirat per quoscumque lubuerit, quibuscumque placuerit
mediis, num aliquis vel minimus noster sienus, num ullus
noster miles aliudvè auxilii genus ad Moldavica Mi-
chaëlis Vaivodae expeditionem accesient, prout deinde rei
comperta fuerint S.^{tas} V.^{ra} judicium moderet suum,
ne quod temere cum existimationis nostrae injuria statui, et
ad Principes scribi, et in vulgo dici permittat. Dabit
hoc nobis S.^{tas} V.^{ra}, at quod sentimus, libere dicamus:
id eam, quem uterque in R.P. Christiana obtinemus locũ,
id amicitiam nostra mutuam ducere existimamus. De re-
liquo Ser.^{ti} V.^{rae} quae amicissimo conjunctissimoque Regi
debeamus, benevolè offerimus, eidemque prosperrimos
rer successus optamus. Datum in Arce nostra Regia
Pragae die 15 Mensis Julij A.^o D.^{ni} 1600. Regno-
rum Nostrorum Romani 25. Hungarici 28. et Bohemici
itidem 25.

Serenitatis V.^{rae}

Bonus Cognatus
Rudolphus m.p.

Io. Barvitius m.p.
Bal. Coraduccius m.p.